

Friedrich II. Sicilský schvaluje volbu českého krále a vymezuje jeho práva a povinnosti k říši.

Basilej, 26. září 1212

ACRB I.1, s. 6-8, č. 3

FREDERICUS divina favente clementia Romanorum imperator electus et semper augustus, rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue. Cum decor et potestas imperii nostrum precesserit statum, ut non solum ceterorum principum dignitates, verum etiam sceptrum regalia a nostra conferantur maiestate, gloriosum reputamus ac magnificum, quod in tanto nostre largitatis beneficio et aliis crescit regie dignitatis augmentum, nec ob hoc eminentia nostra aliquod patitur detrimentum. Inde est, quod nos attendentes preclara devotionis obsequia, que universa Boemorum gens ab antiquo tempore Romano exhibuit imperio tam fideliter quam devote, et quod illustris rex eorum Ottacharus a primo inter alios principes specialiter pre ceteris in imperatorem nos elegit et nostre electionis perseverantie diligenter et utiliter astiterit, sicut dilectus patruus noster pie memorie rex Philippus omnium principum habito consilio per suum privilegium instituit, ipsum regem constituimus et confirmamus et tam sanctam et dignam constitutionem approbamus regnumque Boemie liberaliter et absque omni pecunie exactione et consueta curie nostre iusticia sibi suisque successoribus in perpetuum concedimus, volentes, ut quicumque ab ipsis in regem electus fuerit, ad nos vel successores nostros accedat, regalia debito modo recepturus. Omnes etiam terminos, qui predicto regno attinere videntur, quocumque modo alienati sint, ei et successoribus suis possidendos indulgemus. Ius quoque et auctoritatem investiendi episcopos regni sui integraliter sibi et heredibus suis concedimus ita tamen, quod ipsi ea gaudeant libertate et securitate, quam a nostris predecessibus habere consueverunt. De nostre autem liberalitatis munificentia statuimus, quod illustris rex predictus vel heredes sui ad nullam curiam nostram venire teneantur, nisi quam nos apud Babenberc vel Nurenberc celebrandam

Friedrich, z boží milosti a přízně vyvolený císař Římanů, vždy rozmnožitel říše, král sicilský, vévoda apulský a kníže kapujský. Protože ozdoba a moc císařská předchází náš stav, že nejen hodnosti ostatních knížat, nýbrž i královská žezla uděluje náš majestát, pokládáme za slavnou a velikou věc, že v tak velikém dobrodiní naší štědrosti i jiným vzrůstá rozmnožení královské důstojnosti a že tím naše vznešenost netrpí nijakou újmu.

Proto my po přihlédnutí k přeslavným službám oddanosti, které veškerý lid český od dávného času věrně a oddaně prokazoval císařství římskému a že jasný král jejich Otakar od začátku mezi jinými knížaty zvláště před ostatními nás zvolil císařem a při naší volbě ustavičně a užitečně setrval, jako náš milý strýc blahé paměti král Filip po radě knížat svým privilegiem ustanovil, také my jej králem ustanovujeme a potvrzujeme a tak posvátné a důstojné ustanovení schvalujeme a království české štědře a beze všeho vymáhání peněz i obvyklé spravedlnosti našeho dvora jemu a jeho nástupcům na věky propůjčujeme a chceme, aby kdokoliv z nich bude zvolen králem, k nám nebo našim nástupcům přijel a náležitým způsobem odznaky královské přijal.

Také povolujeme, aby on a jeho nástupcové drželi všechny hranice, které patří zmíněnému království, ať již by byly jakkoliv odcizeny. Také jemu a jeho dědicům úplně povolujeme právo a moc uvádět v úřad biskupy jeho království, ale tak, aby se těšili té svobodě a bezpečnosti, kterou mívali od našich předchůdců.

Ustanovujeme pak z nadbytku naší štědrosti, že řečený jasný král nebo jeho dědicové nejsou povinni účasti na žádném našem sněmu, s výjimkou těch, které bychom svolali do Bamberku nebo Norimberku nebo

indixerimus, vel si apud Merseburc curiam celebrare decreverimus, ipsi sic venire teneantur, quod si dux Polonie vocatus accesserit, ipsi ducatum prestare debeant, sicut antecessores sui, quondam Boemie reges, facere consueverunt, sic tamen, ut spatium sex eddomadarum veniendi ad predictas curias eis ante prefigatur. Salvo tamen, quod, si nos vel successores nostros Rome coronari contigerit, ipsius predicti regis Ottacheri vel successorum suorum relinquimus arbitrio, utrum ipsi trecentos armatos nobis transmittant vel trecentas marchas persolvant. Ad huius autem constitutionis et confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium per manus Henrici de Parisius notarii et fidelis nostri scribi et bulla nostra aurea iussimus communiri anno, mense et indictione subscriptis. Huius rei testes sunt isti: archiepiscopus Barensis, episcopus Tridentinus, episcopus Basiliensis, episcopus Constantiensis, episcopus Curiensis, abbas Augensis, abbas Sancti Galli, abbas de Wiceburc, Bertoldus de Nifphe regalis curie prothonotarius, comes Ulricus de Chiburc, comes Rudolfus de Habechesburc et langravius de Alsatia, comites Loduicus et Hermannus de Froburc, comes Warnerus de Hohenburc, Arnoldus nobilis de Wart, Rodulfus advocatus de Raprehteshiwilare Rodulfus de Ramensberc, Albero de Tanehuse camerarius et alii quam plures magnates et nobiles et liberi, quorum testimonio hoc privilegium constat esse confirmatum. Acta sunt hec anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo duodecimo, mense Septenbris, quintedecime indictionis, regni vero domini nostri Frederici illustrissimi Romanorum imperatoris electi et semper augusti, regis Sicilie, quintodecimo. Datum in nobili civitate Basilea per manus Ulrici viceprothonotarii sexto Kalendas Octobris feliciter amen.

kdybychom drželi sněm v Merseburku, tam také jsou povinni účastí. Pokud by kníže polský přijal pozvání, mají mu dát průvod, jako někdy jejich předchůdcové, králové čeští činívali, ale tak, aby jim napřed byla určena lhůta šesti neděl k návštěvě řečených sněmů.

S tou však výhradou, kdybychom my nebo naši nástupcové byli v Římě korunováni, ponecháváme na vůli řečeného Otakara nebo jeho nástupců, aby k nám poslal tři sta ozbrojenců nebo vyplatil tři sta marek.

K trvalé paměti a moci tohoto našeho ustanovení a potvrzení poručili jsme toto privilegium sepsati rukou Jindřicha z Pairis, notáře a věrného našeho a zlatou bulou naší stvrditi roku, měsíce a indikce níže psaných.

Této věci svědkové jsou tito: arcibiskup z Bari, biskup tridentský, biskup basilejský, biskup kostnický, biskup churský, opat reichenauský, opat svatohavelský, opat weisemburský, Berthold z Neuffen, protonotář naší královské kanceláře, hrabě Oldřich z Kyburgu, hrabě Rudolf z Habsburgu a lantkrabě alsaský, hrabata Ludvík a Heřman z Freiburgu, hrabě Werner z Hohenburgu, urozený Arnold z Wart, Rudolf fojt z Raprechtsweileru, Rudolf z Ramensbergu, Albero z Tanhausu komorník a mnoho jiných velmožů a urozených a svobodných, jejichž svědectvím je toto privilegium potvrzeno.

Stalo se léta od vtělení Páně tisícího dvoustého dvanáctého, v měsíci září, v patnácté indikci, království však pána našeho Friedricha nejjasnějšího vyvoleného císaře Římanů a vždy rozmnožitele říše, krále sicilského roku patnáctého. Dáno ve vznešeném městě Basileji rukou Oldřicha místoprotonotáře šestých kalend říjnových šťastně amen.